

crasissima, quae importaret latissimam culpam, ac dolo equi-
paretur. Et Navar. *summ. Hispan. cap. 27. num. 74.* ubi lo-
quens in quodam textu excommunicante praesumptionem, ait
non comprehendit facientem ex ignorantia saltem non nimis
crassa. Idem videtur tenere *Enriquez. l. 13. de excommunicat. cap.
23. num. 3.* ubi loquens casu, quo poena inferatur scienter ta-
citi, aut ausu temerario, aut praesumpti, ait excusate igno-
rantiam crassam: non tamen supinam. Quod idem significat
*Petr. de Ledejma, m. 36. in fine alleg. dicit enim non excu-
sate ignorantiam quae talis est, ut quasi scientia reputetur.*
Idemque dicendum est: quando poena imponeretur audenti,
aut facere praesumpti, aut ausu temerario facienti. Et ita
loquuntur aliqui ex DD. citatis, ut ex ipsis retuli. Et quia
omnia haec verba dolum petunt, perinde ac scienter facere,
ut probavi nu. 37. & 38.

40 **Ultima conclusio.** Affectata ignorantia, qua videlicet,
ignorans eligit neficere, quo liberius delinquit, nunquam excu-
satur ab his poenis scientiam ac praesumptionem exigentibus.
Quia tantum abest, ut ignorantia haec involuntarium actum
efficiat, culpamque minuat, quae in causa sunt, ut ignorantia
a poenis excimat: quin potius voluntarium, culpamque au-
geat: cum directe & per se eligatur, teste *D. Thom. 1. 2. quest.
6. art. 4. corp.* Atque ita insistent *Glossaelem. 1. verb. Sciens, de
conjug. Franc. c. 2. n. 4. de constit. in 6. D. Anton. 1. par. titul. 24.
cap. 34. statim in princ. Resolva Excommunicatio 1. casu 43. num.
2. Sylvest. Excommunicatio 9. casu 41. num. 76. in fine. Tabie-
na Excommunicatio 5. casu 49. num. 3. notab. 2. Grassi 1.
part. decis. libr. 4. cap. 9. num. 38. Enriquez & Petr. de Le-
dey. num. praeced. allegati Suarez 5. tom. 3. part. disp. 4. lec.
10. num. 1.*

41 **Ex dictis inferunt aliqui, permissum clerici non incurre-
re excommunicationem latam, cap. Si quis suadente 17. qu. 4.**
qui ignorat etiam crassa, & lata culpa clericatum. Quia is
canon dolum requirit, cum petat suadente diabolo id fieri.
Deinde, quia cap. Si vero el. 2. de sentent. excomm. excusatur
ignorantia percussor clerici comam nutritis. Ita docent *Ab-
bas c. 2. num. 6. de constit. Et ibi Alexand. de Nevo nu. 49.
Cardin. d. c. Si vero, in fine. Et ibi Felinus num. unic. verb. Nota
quod constitutio. D. Anton. 3. p. 24. c. 1. §. 2. Sylvest. verb. Igno-
rantia, q. 8. dicit. 4. Excommunicatio 6. §. not. 4. verb. 2. Max. 1.
tom. summ. 2. dition. cap. 80. concl. 11. fine. Sed jure optimo hoc
reprobant dicentes licere latam culpam, & crassam igno-
rantiam, *Docus cap. 2. de constit. in 1. l. 1. nu. 27. Et ibi Be-
rzelius, n. 32. Tabiena Excommunicatio 7. quest. 1. num. 2. Covar. c.
Alma mater 1. p. 8. to. num. 16. fine.* Quia oppositum minime
probat ea verba, suadente diabolo: non enim dolum im-
portant, sed ne licita sit clerici percussio: ut causa correctionis.
Minus etiam id probat d. cap. Si vero, ignorans enim non
excusatur ibi defectu doli, sed quia culpa lata caruit, imo
probabiliter, & iuste ignoravit eum clericum esse, qui con-
tra solum clericorum morem comam nutritabat. Talis enim
quique praesumptus esse, qualis ex habitu judicatur, l. Item
apud Laborem, §. Si qui virgines, ff. de injuriis. Praete-
rea, quia percussor clerici tonsuram in eo videns, non excu-
satur ignorantia clericatus ut tradunt bene *Glossa eo cap. Si
vero, verb. Ignoraverit, Et ibi Hoff. super veris. Esse clericum,
Anton. 3. par. tit. 24. cap. 1. §. 2. verb. primus est. Av. Excommunica-
tio 5. casu 1. num. 25. Sylvest. Excommunicatio 5. §. notab. 4. verb. 2.
Navar. cap. 27. num. 80. Quae tamen culpa ignorantiae lata est.
Intellige autem hoc cum Sylv. Et D. Anton. ibidem, nisi con-
fectus esset imbi, ut laici tonsuram desererent, tunc enim
esset probabilis ignorantia, excusareturque.**

42 **Hinc deduco, dum Antonius, Angelus, & Sylvest. n. praecedenti
allegati, dicunt videntem habitum clericalem in aliquo
non excusari ignorantia clericatus, esse fane intelligendos,
ut nomine habitus non solae vestes, sed tonsura etiam com-
prehendatur, aut barba tonsa. Solae enim vestes clericales
non sunt sufficiens clericatus indicium, cum haec hodie multis
laicis communes sint. Atque ita colligitur ex limitatione D.
Antonii & Sylvest. quae nam praeced. in fine, retuli,**

S U M M A R I U M.

Facti ignorantia invincibilis excusat, ne conjugetur a de-
biti petitione, in affinitate & cognatione. Impugnaturque
contraria opinio, nu. 42.
Impedimentum dirimens superueniens matrimonio, an impe-
diat debitum petere, eodem, 43.
Circa ignorantiam culpabilium juris, & facti refertur triplex
sententia, num. 44. 45. 46.
Ignorantia facti crassa, modo non sit ingens temeritas, nec
sit affectata, excusat ne conjugetur interdictum petito debiti,
in affinitate, & in cognatione, num. 47. Et ibi solvantur
argumenta.
Idem quando scitur consanguinitas, aut ignoratur eam esse
intra 2. gradum, 48.
Similiter in utroque impedimento excusat ignorantia similis
juris humani, prohibentis, 49.
Quid, si jus sciatur, ac poena privationis debiti igno-
ratur, 50.

43 **Quaestio.** An ignorantia facti, vel juris, vel pena ipsius
excuset conjugem, qui cum suo conjugis affinitatem aut

cognationem contraxit, ne ipsi interdicatur debiti petiti-
o. Exemplum sit in juris ignorantia, ut si nesciebat conjugis facti
realiter vetitum esse accessum cum alterius conjugis conlan-
guineis: vel baptizate, aut tenere filium communem, alte-
riusve conjugis, aut ipsum conjugem. De ignorantia solius
facti sit exemplum. Si conjugis illud jus sciebat, at ignorat
consanguinitatis gradum feminae aut viri, cum quibus fuit
habita copula: vel esse filium alterius conjugis, aut commu-
nem illum quem tenuit, aut baptizavit. Exemplum de igno-
rantia solius poenae. Quando & prohibitionem & consanguinitatem novit, at ignoravit esse delicto illi indicam
penam privationis petitionis debiti. Et quidem quando adest
invincibilis ignorantia facti, constat non interdicti debiti pe-
titionem conjugis, qui affinitatem cognationemve cum suo
conjugis contraxit: Quia interdictio illa est poena culpae admittae
in contrahenda ea affinitate aut cognatione, & in admissio
incestu (ut diximus hoc q. lib. disp. 30. nu. 1. & disp. 27. n. 14.)
At ubi est invincibilis ignorantia facti, cessat culpa illa, nec
est incestus. Cessabit ergo poena. Praeterea, in affinitate proba-
tur, ex c. 1. de eo, qui cognov. consang. ibi: *Si quis cum filia
sua scilicet fornicatus fuerit: nec a matre debentur petere nec filiam
unquam habere post uxorem.* Ubi expresse petitur scientia ad
incurrendam privationem debiti petendi. Et in cognatione proba-
tur ex c. Si vir, de cognat. spirit. ibi: *Si ex ignorantia id factum
est, eos ignorantia excusare videtur.* Atque ita docent universi
DD. citandi numer. 44. 45. & 47. Quare non est audiendus
Ovandus 4. d. 41. quest. unic. propofit. 9. ubi ait esse probabile,
interdicti petitionem debiti conjugis, qui ignorans invincibiliter
cognovit alterius conjugis consanguineam. Ducitur, quia
impedimentum dirimens matrimonium contrahendum, quan-
do iam contracto supervenit, impedit debiti petitionem, ut
testatur Sylvest. *Matrimonium 8. q. 7. dicit. 1. Vroald. cancellab. sa-
cram. 2. part. de matrim. num. 149. Philarc. de offic. Sacerdot. tom. 1.
part. 2. lib. 2. c. 11.* At si copula illa ex qua oritur affinitas, aut
actus ex quo producit cognatio spiritualis, praecedent mat-
rim. illud dirimerent, quamvis adierit ignorantia invinci-
bilis. Ergo si subsiquantur, impedit debiti petitionem. Sed
dicendum est, id non esse probabile, sed aperte falsum;
quia de textibus, & rationi, communique omnium senten-
tiae adversatur. Et fundamentum cui innititur est aperte fal-
sum, si universitater intelligatur. Quoniam affinitas contra-
da per copulam omnino violentam, & cognatio baptizando
filium communem in necessitate, si matrim. antecederent,
id irritarent: at cum subsiquantur, non impediunt debiti ex-
actionem, ut constat ex cap. *Discretionem, de eo qui cognov.
consang. Et cap. Ad limina 30. quest. 1. & diximus disp. 26. n. 2.
& disp. praeced. num. 1.* Quare ea doctrina est vera, quando
id impedimentum propria culpa contrahitur. Affinitas autem
in casu praesenti contrahitur absque culpa. Quia licet copula
illa fuerit peccatum lethale, at non oritur ex illa, nisi in
quantum culpam incestu continet. Quae cessat, ubi adest
ignorantia invincibilis facti.

Dificultas autem est de ignorantia vincibilis facti: & de in-
vincibili juris aut poenae. Et loquendo de ignorantia culpabilis,
scu vincibilis facti: quidam existimant eam non excusare, quin
arceatur conjugis a debiti petitione. Ducuntur, quia c. Si vir, de
cognat. spirit. loquens de illa ignorantia contracta, ait igno-
rantiam excusare, ignorantia autem, quae excusatur, est sola
invincibilis, & inculpabilis. Et confirmatur, quia *Discretio-
nem, & cap. penult. de eo qui cognov. consang.* dicitur conjugis,
qui in contrahenda affinitate iure expertus culpa, reddendum
esse debitum. Et reddidit ubi ratio, ne abique culpa suo ju-
re priyetur. Ergo a contrario sensu conjugis, qui fuit in culpa,
illo privatur, ubi autem adest ignorantia culpabilis, non
desideratur culpa. Atque ita sentiunt loquentes de affinitate,
*Abulens. cap. 5. Matth. quest. 200. Petrus de Ledejma de matrim.
quest. 55. art. 6. diffic. 5. imit. 6. In hujus rei expositionem.*
Et clare videtur tenere *Sotus 4. disp. 37. quest. un. art. 2. verb.
Debet autem poena. Corduba in questionar. tom. 1. quest. 12.
paulo post princ. veris. Dilem est quod sciens, Guttier. lib. 1.
quest. canon. cap. 21. nu. 9. Ovandus 4. d. 41. quest. unic. propofit.
9. agentes enim de affinitate ignoranter contracta, dicunt
excusari conjugem, quando ignorantia est invincibilis. Unde
quamvis non exprimat contrarium, aperte sentiunt de vincibi-
li & culpabili. Atque idem sentiunt loquentes de cognatione,
*Glossa dicit. cap. Vir, verb. ignorantia, Anton. ibi num. 5.
Sotus 4. d. 42. q. 1. art. 1. concl. 3. Ledejma 2. part. 4. quest. 58.
art. 2. fine, Enriquez lib. 3. de confirmat. cap. 3. fine, Manuel
1. tom. summ. 2. edit. cap. 243. num. 10. Barth. a Ledejma de ma-
trimon. dub. 44. §. De usu vero, Petrus a Ledejma de matrim.
quest. 56. art. 7. dub. 4. Idem aperte sentiunt alii, qui loquen-
tes de eadem cognatione, dicunt excusare ignorantiam invinci-
bilem. Sic *Palud. d. 42. quest. 1. art. 1. concl. 7. n. 15. ubi
Supplementum Gabr. quest. 1. art. 2. concl. 4. Propofit. cap. Si
vir, num. 4. de cogn. spirit. Sotus 4. d. 4. quest. unic. art. 5. fine,
Brunel. de sponsalib. concl. 20. num. 13. Enrig. l. 11. de matrimon.
cap. 15. nu. 11. Idem etiam sentiunt videntur alii, qui de eadem
cognatione agentes, dicunt excusari conjugem ignorantem,
si diligentiam adhibuit, hi sunt *D. Thom. 4. d. 42. quest. 1. art.
2. corp. ubi D. Bonav. artic. 1. quest. 2. num. 8. Turrec. 30. quest.
1. in princ. num. 14. Sylv. Matrimonium 8. quest. 7. dicit. 1. Armilla
verb. matrimonium, num. 9. Tabiena verb. Impedimentum, im-
pedimento 5. nu. 1.****

Alii

45 **Alii loquentes de eadem facti ignorantia, dicunt eam excu-
sare, nisi crassa sit aut supina: atque ita admittunt viden-
tur aliquam culpabilem ignorantiam excusantem. Sic videntur
sentire Hostiensis, cap. Si vir, de cognat. spirit. nu. 3. super
verb. Excusare, Et ibi Henricus, n. 2. ubi dicitur ignorantiam
rationabilem semper excusare, non autem crassam, & supi-
nam. Et tenet expresse *Guiselmus Borring. 4. d. 42. quest.
unica, a. 2. verb. Est notandum.*
46 **De ignorantia etiam juris sentiunt quidam Doctores eam
minime suffragari conjugis, quin incurrat dictam poenam. Ita
in affinitate sentiunt Corduba in suo question. l. 1. q. 12. art. 1. verb.
Ex quo sequitur, Manuel 1. tom. summ. 2. edit. c. 243. num. 11. & ni-
terque uterque huic fundamento, nempe, quia copula illa, &
quam affinitas contrahitur, est jure naturali ac divino vetita,
ta, ac proinde incurritur poena jure humano illi annexa,
non obstante hujus ignorantia. Juxta illam opinionem, quam
revelimus num. 7. & tum. 16. Eisdem sentiunt videntur esse
Abulens. cap. 5. Matth. q. 200. Guttier. quest. canon. lib. 1. cap. num.
9. dicit enim in affinitate excusatur ignorantiam facti. Atque
Sotus 4. d. 37. qu. un. art. 2. verb. Debet autem poena, *Victoria
summ. de matrim. num. 288. Ovandus 4. d. 41. quon. propofit. 9. Grassi
2. part. d. c. 2. cap. 82. num. 1.* qui loquentes de ignorantia excusa-
tae in affinitate, exemplificant in facti ignorantia: atque
ita supponere videntur ignorantiam juris non excusare. Et
in cognatione spirituali, videntur eundem sententiam Anchor.
cap. Si vir, num. 4. de cognat. spirit. nam illum textum deciden-
tem, ignorantiam excusare, explicat de facti ignorantia.
Atque in eadem sentiunt videntur esse Hostien. ibi, numer. 2.
super verb. Ex ignorantia, Et ibi Joan. Andr. nu. 4. Abbas num. 5.
Alexand. de Nevo num. 7. Propofit. num. 5. Henricus num. 1. fine
Sotus 4. d. 42. quest. 1. art. 1. concl. 3. Et d. q. 4. q. unica, ar. 5. fine,
Guiselm. Borring. 42. quest. unic. a. 2. verb. Est notandum. *Voguer.
lib. insinuat. cap. 16. §. 7. ver. 9.* Nam omnes hi explicantes igno-
rantiam excusantem in cognatione spirituali, exemplificant
in facti ignorantia.****

47 **Hic tamen non obstantibus, sit prima conclusio.** Ignoran-
tia facti, qualicumque sit, & quantumcumque crassa, mo-
do non sit adeo crassa, ut sit ingens temeritas ignorare, vel
non sit affectata, excusat conjugem, qui affinitatem aut cog-
nationem spiritualem cum suo conjugis contraxit, ne debiti
petitione priyetur. Haec est contra DD. num. 44. rela-
tos, & probatur. Quia privato haec petendi debitum est
poena culpa, (ut probavi disp. 30. num. 1.) ubi autem jus
imponit poenam scienter aliquid facienti, excusat ab ea igno-
rantia, quaecumque non affectata, & que non est adeo crassa,
ut sit ingens temeritas, (ut probavi hac disp. 6. num. 36.
39. & 40.) cum ergo jus indicat poenam hanc conjugis sci-
entis talis ignorantia. Quod autem scienter facienti imponat: constat
in affinitate, quae c. 1. de eo qui cognov. consang. cujus verba
retuli nu. 43. ibi: *Si quis cum filia sua scienter fornicatus fuerit.*
In cognatione etiam probatur, ex cap. Si vir, de cognat. spirit.
ibi: *Si ex ignorantia sine ex malitia.* Ubi ignorantia excusans
desideratur ad poenam privationis debiti ubi statutum incurren-
dum. Et constat, quia non est credendum Pontificem
magis punire velle culpam contractae cognationis, quam longe
minus ipsam omnino & solli juri positivo adversa, parumve ma-
gis ipsam offendens: quam culpam multo graviorem adver-
sus in contracta affinitate admittitur. Si ergo ad incurren-
dam eam poenam in affinitate desideratur scienter admitti
delictum, a fortiori in cognatione eo vel maxime, quod in
stat ex dictis disputatione 26. Pro hac conclusione est aper-
te *Enrig. lib. 11. de matr. 15. n. 11.* ubi loquens de affinitate, di-
cit eam poenam imponi incestui formaliter & voluntario.
Non enim talis apparet, ubi procedit ex ignorantia etiam
culpabilis, sed erit incestus virtute ac interpretative volutus.
Nec obstant argumenta num. 44. opposita, quia ad cap. Si
vir, facilis est solutio. Non enim ibi agitur de ignorantia a
culpa excusante, quae sola est invincibilis: sed de ea, quae a
poena jure statuta eximit; qualis non sola est invincibilis,
& inculpabilis, ut constat ex dictis nu. 31. & seq. Ad con-
firmationem dic, bene colligi argumentum a contrario sensu,
ut conjugis qui fuit in culpa, eo jure priyetur. Qualis
autem debeat esse ea culpa, si textus non exprimit, sed supponit
ex alio textu colligendum, videlicet, ex cap. 1. eodem
tit. ubi petitur culpa ex certa scientia procedens. Quod si
verbi corrigi hunc textum per illud argumentum a contrario
sensu ex aliis textibus deducum, falleris utique. Quia argu-
mentum a contrario sensu nil valet, ubi juris aliquid cor-
rectio inducitur, ut probavi lib. 5. disp. 21. n. 9.

48 **Idem dicendum est: quando non penitus ignoratur factum,
sed quatenus ex eo oritur haec poena, verbigrati, conjugis ac-
cessit ad consanguineam filii conjugis in secundo gradu, ignarus
facti consanguinitatis, existimantque esse in tertio gradu, verbi
gratia, prima vel secunda, baptizavit filium alterius conjugis,
credens non esse filium, sed consobrinum, ut alio consanguini-
tatis gradu conjunctum: tunc non arcebitur a debiti petiti-
one, perinde ac si consanguinitatem ignorasset: nisi effect ingens
temeritas ignorare, aut esse ignorantia affectata: juxta dicta
numero praecedenti. Quia perinde est ignorare consanguinita-
tem, ac ignorare ejus gradum, cui haec poena statuitur. In
utroque enim eventu vere ignoratur factum tali poena puni-
tum. Nec refert si conjugis ex conscientia etiam pareret sibi
interdicti debiti petitionem, accedendo ad consanguineam con-
jugis in eotertio gradu, baptizandove conjugis consobrinum.
Nam adhuc perleverat ignorantia facti, cui illa respondet
poena, & non conscientiae erroneae. Sicut excommunicatio-
nem minime incurret percussor clericus, existimans invinci-
biliter cum laicum esse: quamvis erronee crederet laici per-
cussorem excommunicationis vinculo innodari.**

Secunda conclusio. Ignorantia juris statuentis hanc poenam 49
privationis debiti, eximit ab ea conjugem, qui facti minime
ignarus, nempe consanguinitatis, contraxit affinitatem aut cog-
nationem. Itaque si ignoravit ignorantiam illum, aut copu-
lam esse specialiter jure positivo prohibitam, immunitis erit
poena. Haec est adversus Doctores allegatos nu. 46. Et probatur
delictum nullo alio jure prohibuit, ignarus legis, aut ca-
nonis, sicut excusatur a culpa transgressionis, ita & a poena
(ut ex omnium mente diximus n. 6.) at baptizate, aut te-
nere proprium utriusque conjugis, aut alterius filium, unde
cognatio spiritualis oritur, solo jure humano interdictum est.
Atque ita in cognatione excusatur ignorantiam juris, affir-
mant *Paludanus 4. d. 42. quest. 1. art. 1. concl. 7. n. 15. Supplement. Ga-
briel. ibi, quest. 1. art. 2. concl. 4. Ovand quest. unic. propofit. 8. Ro-
sella verb. Impedimentum, impedimento 6. n. 6. Sylvest. Matrimo-
nium 8. quest. 7. dicit. 2. Navar. summ. cap. 16. num. 34. Suarez 3. p.
de baptismo, quest. 67. art. 8. Major vero dubium est de patre
baptizante. *Philare. de offic. sacerdotis, tom. 1. part. 2. lib. 2. c. 11.
ad finem, Manuel 1. tom. summ. 2. edit. 243. num. 10. Grassi 1. p.
dec. lib. 2. c. 83. fine, Lud. Lopez 1. p. insinuat. c. 85. §. Praeterea
si confus.* Praeterea, in affinitate probatur. Quia etiam ubi
delictum est jure naturali vetitum, ignorantia prohibitionis
juris humani indicientis poenam, ab ea eximit (ut numero
17. probavimus.) Deinde, quia quamvis copula illa, ut for-
nicaria, sit jure naturali vetita, at quatenus cum sui con-
jugis consanguineo, & proinde incestuosa, solo jure positivo
Ecclesiastico interdicta est, quod affinitatem inde oriri con-
stituit, ac proinde eo secluso, nulla alia culpa est in eo
accessu, praeter illam quae reperitur in accessu ad aliam non
consanguineam. At poena privationis debiti iure incestui, ex
quo affinitas oritur, statuta est (ut probavimus disputatione 27.
num. 14.) Ergo qui per ignorantiam excusatur ab ea incestus
circumstantia, excusabitur subinde a poena. Sicut si quis
voto strictius jejunandi sextis feriis, ignorans aliquid jus
Pontificium, quod forte poenam indiceret non jejunantibus
quadam sexta feria, non jejunaverit illa die, evaderet poenam.
Quia ea imposta non est ob sacrilegium voti fracti contra
jus naturae, cujus ille reus fuit: sed ob inobedientiam Ponti-
ficis decretis, a qua ratione ignorantiae excusatur est. Et
confirmatur, quia excusatur per ignorantiam a specie culpae
interferens poenam privationis petendi debitum, eximitur a
poena, ut bene docet *Enriquez lib. 3. de confirmat. sacra-
mento, cap. 3. fine, in commento, littera S. Et lib. 2. de baptis-
mo, cap. 18. fine. Et libro 11. de matrimonio, capit. 15. nu. 11.*
Hic autem excusatur a propria incestus poena, ratione igno-
rantiae juris humani, ex cuius sola prohibitionie consurgit
eam copulam, incestum esse. Excusabitur ergo a poena privationis
debiti petendi, imposita propter speciem incestus. Existimo autem
eamdem ignorantiam juris hunc excusare, quam, cum est facti,
diximus numer. 47. sufficere ad excusandum. Quia textus petunt scienter id fieri, &
cum poenales sunt, restringendi sunt, ut petant tam facti, quam
juris scientiam, alterius enim ignorantia concurrente, non
vere contravenit scienter illi canonis. Et quia numer. 36.
utramque ignorantiam tunc excusare probavi.*

Ultima conclusio. Si adit scientia juris & facti, solaque 50
ignorantia poenae hujus illo jure statuta, si amplectatur
sententiam num. 20. relatum, dicendum est eam excusare ab
hac poena, quae rigida & extraordinaria est. At retenta no-
stra numer. 21. explicata, dico minime excusare, ut ibi proba-
vimus.

D I S P U T A T I O XXXIII.

Utrum votum castitatis, religionis, aut non ineundi matri-
monii, ab altero aut ab utroque conjugate ante matrimo-
nium emissum, reddat illicitam debiti petitionem? & quid
de redditione?

S U M M A R I U M.

Qui votum castitatis, tenetur postquam matrimonium consum-
mavit, reddere debitum, num. 1. Et ibi remissive, an pos-
simum: vel si adit iusta auctoritas causa. Et an ipsi qui
votum sibi petat, reddendum sit.
Conjugis voto officium tenetur reddere, quamvis alter voti con-
sentis cum ipso contraxerit, 2.
An voto castitatis ligatus, matrimonium iniens, possit debitum
petere, vel id votum matrimonio extingatur. Refertur du-
plex opinio, n. 3. & 4.
Nequit petere debitum, 5.

Infectis votum castitatis emittens, si postea uxorem ducat, ne-
quit petere, 6.
Quid de votente virginitate, & an ea amissa votum an-
teius obliget, 7.
Quid si uterque ante matrimonium verat castitatem, 8.
An altero tunc fornicante, fas sit alteri peccare, 9.
An liceat aliquando petere et, qui votum castitatis emisit, &
si ambo emiserint, possunt manna sibi signa facientes commi-
sceri, sique sanctus voto strictus, ignarus obligationis non
petendi, admandus a consensu. Omnia haec remissio, 10.
Matrimonio inito non extinguatur votum praecedens castitatis,
sed esse sacrilega adorsus illud fornicatio, & mortuo al-
tero conjugis prorsus obligat, 11.
Solvuntur argumenta, num. 12. Post quem invenietur alia sum-
maria.

1. Cum actum sit de impedimentis cognationis, & affinita-
tis, quae a iure ipso canonico ortum habent; jam ag-
gredum votum impedimentum, quod petendum aut reddendum
debitum conjugale, quod ab ipsa voventium proficiunt
voluntate. Potest autem votum hoc ante matrimonium
emitti, vel post. In hac & sequenti disputatione sermo erit
de voto antea emisso: & deinceps tractabitur quando post.
Et tandem qualiter vota haec, ante & post matrimonium
facta, possint ab altero conjugis irritari? & remissio de
eorum dispensatione. Nec habendus est sermo de voto sole-
mni in religione, aut in ordine sacro emisso. Qualitate qua-
liter a conjugibus possint fieri, disputatum est libro septimo:
ubi de impedimento voti solemnium, & ordinis. Sed de votis
simplicibus agimus. In presenti ergo est quaestio de voto sim-
plici castitatis praecedens matrimonio, qualiter eius usum
impediat, Et constat apud omnes, femel jam consummato
matr. teneri conjugem voto astrictum, debitum reddere.
Quia voto non obstante transfuit verum corporis dominium
in alterum conjugem: major autem est obligatio matrimonii,
per quam fit haec actualis corporum traditio, quam voti sim-
plicis, quod meram promissionem importat. Dixi, consum-
mato jam matrimonio. Quia nam prima reddio, qua id
consummatur, fit peccatum? dicendum est disputatione se-
quenti. An autem possit licite reddere priori bimetri aut
consummatum matrimonium? dixi hoc 9. lib. disp. 6. num. 14.
& 15. & an voto castitatis astricto fit reddendum? dixi e-
adem disputatione 6. num. 11. & sequentibus.

2. Quamvis autem conjugis voti castitatis alterius conficiis,
delinquit cum ipso contrahens matrimonium, adhuc potest
ad eum debitum exigere, & tenetur alter sibi reddere. Quia
verum ius ac dominium acquisivit in alterius corpus, per
sacrilegum illud matrimonium, nec ipse vovit, alteriusve
voto consentit. Ita *Sylbo Matrimonium* 7. q. 5. dist. 6.

3. Difficultas autem in debiti petitione consistit, nam ea li-
cita fit conjugis voti castitatis astrictio: vel id votum matri-
monio inito penitus cessat? Aliqui antiquiores, testibus D.
Bonavent. dist. 38. a. 2. q. 2. sine, & 2. cap. in paulo post principium
27. q. 1. dixerunt id votum penitus extingui, ac proinde libe-
rum inane votentem, ac si nunquam vovisset. Idem cen-
set *Gaeta in repetit. ad l. unam* 30. q. 1. s. 4. n. 348. & *Hieron. Man-
gariae in arbore consensu* s. Ia nomine, n. 54. (habetur tomo 9.
tract. noviorum.) Duceatur quia duobus contrariis occurren-
tibus, minus forte a fortiori excluditur, cap. de penis. dist. 1.
votum autem advenit matrimonio, ejusque obligatio mi-
nor est (ut numero 1. probavi.) Secundo, quia sponsalia
priora omnino extinguuntur alio matrimonio subsecuto, tan-
quam fortiori vinculo (ut probavimus lib. 1. disp. 48. nu. 3.)
& votum strictioris religionis, ac quaecumque alia simpli-
cia, prorsus spirant ob eandem rationem facta professione in
quacumque religione etiam laxiori. Quia ratione idem tenent
in alio simili, nempe, in voto religionis, *Abulen.* cap. 27. in
Levis q. 6. dicens matrimonio postea consummato votum id
omnino extingui.

4. Alii vero asserunt posse hunc conjugem castitatis voto
astrictum, ubi semel matrimonium consummavit, jam deinceps
debitum petere, ac si nil vovisset. Primo, quia semel
matrimonio consummato non potest jam continentiam pro-
missam servare. Quamobrem diximus numero 1. posse cum
reddere, poterit ergo similiter petere, Quia utrumque aequae
adversariae castitatis voto. Secundo, quia votum minime ul-
tra voventis intentionem obligat: quae procul dubio ea vide-
re esse, ut solum extra matrimonium ea castitas observan-
da fit, Et confirmatur, quia ea ratione qui promisit religio-
nem, quamvis culpa sua non ingrediatur, minime tenetur
extra illam servare duo vota, quae postea, & in religione
clauduntur, nimirum, paupertatis & castitatis. Quia voventis
intentione praesumitur esse, ut solum in religione observet.
Tertio, quia redderet matrimonium alteri conjugi valde
onerofum, cum semper cogendus sit petere, & maxime si
conjugis, qui vovit, sit vir ipse. Quarto, quia major diffi-
cultas superveniens eximit a voti obligatione. Quia ratione
dicemus disputatione sequenti, numero 3. voventem castita-
tem, si matrimonium inerat, non teneri, quod id votum ob-
servet, religionem ingredi: quia est longe difficilior. Atma-
trimonio jam inito longe difficilior est castitatem servare,
abstinendo a petitione debiti: erique voventis maximo delin-
quendi mortaliter periculo expositus: cum debeat cohabitare,

aque in eodem lecto accubare cum altero conjugis. Hanc
sententiam tenet *Glossa* cap. final. 27. quest. 1. paulo post *Princi-
pium*, in *primis* *resol. Card. cap. Rurhus*, sine, *Qui clericus vel*
ver. Alexand. de Nevo ibi num. 22. dicens forte hanc sententiam
esse veriorum, & hanc esse aequiorum, quamvis petenda sit
dispensatio, eo quod opposita sententia est communis, doc-
cent ibi *Jannes Andr.* num. 6. *Anch.* num. 2. idem *Anch.* cap.
unic. num. 3. quest. 1. de voto, in 6. ubi *Franc.* num. 6. videtur
hanc legi, & *Joan. de Friberg* *Summa* conf. lib. 1. tit. 8. quest.
50. solum vocat oppositam sententiam tutiorem, ac proinde
hanc valde probabilem censet. Illam etiam sequuntur *Duo-
res nu. praeced.* allegati, *Gerfon* 2. par. in *regulis moralibus*, tract.
de matrimonio, alphabete 25. litter. I. *Angelus* dicens non minus
veram esse, quam oppositam sententiam, *Matrimonium* 3. im-
pedimento 5. nu. 3. *Veracruz* 1. part. *specul.* ar. 15. concl. 2. *Ma-
tuzo* lib. 5. *recop. rubr. tit. 1. glossa* 1. num. 151. & videtur em-
sequi *Viguerius* lib. *institucionum*, cap. 16. §. 7. *imped.* 5.
Propolita enim sententia affirmata hanc peccare petendo
subdit aliquos sentire oppositum, non reddatur matrimonium
onerofum. Et ita videtur in hac sententia persistere. Atque
illam censent non esse improbabilem, *Emmanuel Sa* & *Vega*,
num. sequenti allegandi. At fatetur *Veracr.* & *Matuzo*, hanc
peccare, si nondum consummato matrimonio debitum petat,
secus post consummationem.

His nihilominus minime obstantibus, dicendum est hunc
peccare mortaliter, quotiescunque debitum petat. Quia vo-
tum castitatis includit obligationem praecipue negativam, per
illud enim votens abstinere ab abstinendo ab omni actu
venereo. Ergo obligat semper, & pro semper, ac proinde
licet inito jam matrimonio reneatur votens reddere rationem
vinculi fortioris, at non poterit petere, cum id liberum sibi
sit, nec ad id lex matrimonii constringat. Et confirmatur,
quia matrimonium non abolvit a praecedentis voti obligatio-
ne, nisi quatenus matrimonium, cogit contravenire, ut probat
textus, c. *Quanto*, de *jurejur.* ubi dicitur iuramentum ob-
servandum esse, in quantum potest, jus autem matrimonii
solum impedit ad reddendum. Secundo prob. ex c. *Quidam*,
de *convers.* *conjug.* ubi eum qui tenentem uxore proficitur esse,
quamvis profectio non tenentur, dicitur teneri non exigere
debitum, quod in ejus peccate erat, & ideo quoad hoc
votum tenuisse, & ideo hanc sententiam tenent ex *Theologis* D.
Thom. 4. d. 38. q. 1. art. 3. quest. 1. 2. ad 4. & ibi D. *Bonavent.*
art. 2. quest. 1. sine, & dist. 32. in *princ.* in *exposit. litterae* *Alber-
tus Magnus* 2. dist. 38. ar. 15. ubi *Secutus* quest. un. ad *sum* *vers.*
Consimiliter de peccato, *Ricardus* ar. 7. quest. 1. ad 2. *Paladan.*
quest. 3. art. 5. concl. 4. num. 36. *Duran.* 4. dist. 15. quest.
11. in *solucion.* ad 3. num. 12. *Matoris* 4. dist. 32. quest. 2. argumen-
to 2. contra 2. *conclus.* *vers.* §. 4. ar. post. Licet enim prima
facie videatur oppositum sentire, ac postea concludit peten-
dam esse dispensationem, & ita hanc opinionem sequitur
Supplement. *Gabr.* 4. d. 38. quest. 1. art. 4. post 2. *conclus.* *vers.*
Dicendum quod votum, ubi *Carthusianus* quest. 2. *Bajoli* *qui*
unica ar. 2. *quis* *Guilhel.* *Rubion* quest. 1. ar. 1. *conclus.* 3. *Ni-
colaus* de *Orbe* quest. 1. s. 13. *Adrian.* 4. quest. 14. de *matrimo.*
num. vers. 3. *contingit*, D. *Antonius* 3. p. tit. 1. cap. 16. §. 1.
& cap. 20. §. 8. *Caletanus* *sum.* *ver.* *Matrimonium*, cap.
ult. *vers.* *Nonum* cap. 2. & *vers.* *Votum*, c. *Votum* *omnino*
quandoque *votiva* est §. Et ut *rudiorer*, *Turres* 2. 2. quest. 154.
art. 1. circa *solu.* ad 4. s. An *singula* autem *obedia*, *Nico-
laus* de *Nis.* *super* 4. *sententia* *tract.* 6. part. 3. de *matrimo.*
quest. 7. *concl.* 2. *Victoria* *sum.* de *matrimo.* num. 293. *Petrus*
de *Soto* *lib.* 14. de *matr.* ad *finem*, & *lect.* 16. §. ult. *Sotus*
dicens esse improbabilem oppositam sententiam 4. dist. 38. q.
2. art. 1. *concl.* 3. ubi *Ordand.* quest. *unica* *praeposita*, *Guil-
elmus* *Borillon* quest. *unica* art. 3. *conclus.* 1. *fin.* *Celsa* 4. d.
32. quest. 2. *vers.* *Pro* *hujus* *questiois* *intelligentia*, ubi et
Palacios *disp.* 2. fol. 721. col. 1. & d. 38. *disp.* 1. fol. 828. *Le-
desma* 2. p. 4. quest. 55. art. 1. *Nider* in *sua* *sum.* *praeposito*
6. cap. 4. ad *finem* *Pedraza* *sum.* *praeced.* 6. §. 6. *Alex.* in *sua*
Enchir. 2. part. *praeposito* 6. in *sum.* & si post votum *con-
tinentiae*, *Margarita* *confess.* 6. *praeposito* fol. 89. col. 1. *Corduba*
sum. quest. 136. *punct.* 2. *Angles* *foribus* 1. par. de *matrimo.*
quest. 11. de *impedim.* *ordin.* a. 3. *diffic.* 2. & 2. par. quest.
de voto, ar. 7. post 9. *diffic.* *sub.* 2. *Matia* *lib.* 1. *sum.* c.
16. §. 13. ad *finem*, *Enriquez* *lib.* 11. de *matrimo.*, cap. 15.
num. 8. & l. 12. cap. 2. num. 3. 8. *fin.* & 9. *Salon.* 2. 2. quest.
62. art. 8. *contr.* 2. *conclus.* 1. *Toledo* *lib.* 4. *sum.*, cap. 18. *Barth.*
a *Ledesma* de *matrimo.* *dub.* 32. s. Sed *jam* *quod* *matrimonium*, *Petrus*
de *Ledesma* de *matrimo.* quest. 53. art. 1. *dubio* 1. *quod*
movet post 2. *dub.* *principale*, *Manuel* 1. *tomo* *sum.* 2. *edit.* c.
241. num. 3. & cap. 242. num. 3. & cap. 243. num. 13. & in
bullo *Cruciata*, s. 9. nu. 119. *Beja* *sum.* *causa* 45. *vers.* *Tum*
quia *vovens*, *Arizon.* 2. q. 88. art. 3. s. *Hic* *tamen* *non* *ob-
stantibus* *fit* *conclusio*, in *collator.* 2. *Valentia* 2. 2. *disp.* 6. *quod*
de *voto*, *puncto* 4. *notabil.* 2. *Philias* de *officio* *sacerdotis* *tom.*
1. part. 2. lib. 2. cap. 4. ad *finem*, *Emmanuel* *Sa* *sum.* *verb.*
Debitum *conjugale*, *vers.* *Contrahens* *matrimonium*, *Glossa*
part. 1. *dec.* *lib.* 2. cap. 24. num. 25. & cap. 82. num. 5. & c.
83. n. 12. *Lud.* *Lopez* 1. par. *instruc.* c. 50. §. *Qui* *post* *votum*
simplex, & c. 82. §. *Præterea* *uxor*, & c. 83. §. *Inter* *peccata*,
& 2. p. de *matr.* cap. 46. *circum* *impedimentum* *voti* *simplicis*,
Vivaldus *candel.* *sacr.* 1. p. de *matr.* n. 138. *Vega* 2. 10. cap.
129. *causa* 118. *punct.* 2. & *causa* 51. *Cannedo* *sum.* *sacr.* ubi de *matri-
monio*,

monio, c. 4. ad *finem*. Et ex *Jurisperitis* eam tenent *Glossa*
c. *Quidam*, *verb.* *Non* *exigere*, de *convers.* *quest.* *Abbas* c. 1.
n. 6. *ed.* *tit.* *Hofiensis* *cap.* *Rurhus*, *fin.* *qui* *clericus* *vel* *vov.* *et*
Ab. *Anton.* *fin.* *Prep.* n. 6. *Henricus* *nu.* 4. *Archid.* c. *Si* *vir*,
n. un. d. 27. & c. *un.* de *voto* in 6. nu. 3. *vers.* *Dirimendum*
est, & ibi *Domini.* n. 11. *Astensis* *sum.* 2. p. 17. tit. 16. ar.
un. q. 5. *Rollela* *verb.* *Impedimentum*, *imped.* 4. nu. 7. *Sylbo*
verb. *Debitum*, quest. 9. & *Matrimonium* 7. quest. 5. *did.* 4.
Tabiena *matrim.* 2. §. 3. & *v.* *Impedimentum*, *imped.* 2. q.
5. & q. *ult.* *Armilla* *verb.* *matrim.* num. 55. & *verb.* *Debi-
tium*, n. 13. *Turres.* c. *Si* *vir*, art. 1. n. 1. d. 27. & c. *Si*
cut 37. quest. 1. a. 1. *fin.* c. *Nos* *novimus* 17. q. 2. art. 3.
n. 3. *Nar.* *sum.* c. 16. nu. 30. & c. 22. n. 73. *Cov.* 4. *decr.* 2.
part. c. 3. §. 1. num. 6. *Bynollus* de *sponsalibus*, *conclus.* 31.
Alex. *Carrer.* *lib.* 3. de *sponsal.* cap. 5. *Mozzius*, quem *reteret*
& *lequitur* *Ugolinus* de *matrimonio*, c. 20. nu. 10. *Perez* 1. 5.
ordin. tit. 1. lib. 1. §. *Dubitatur* *ulterius* *quis* *votum* *castitatis*
emisit. *Stronica* de *voto*, q. 6. nu. 119. *Guttier.* c. *canon.* 1. 1.
c. 21. n. 17. *Aut.* *Gomez* *super* *bull.* *Cruc.* *clausula* 10. n. 65. *Zaval.*
1. l. q. *pract.* q. 285. nu. *unico*.

6. Item dicendum est de infidelis, qui post votum castitatis
uxorem duceret: non enim posset debitum petere. Quoniam
cum obligatio haec voti sit de iure naturali, aequae infideles
ac fideles obligati. Ita *Guillelmus* *sub.* 4. d. 39. q. 1. a. 1. *concl.* 2.

7. Rogabis forsitan, quid dicendum sit, si votum sit virginitatis
observandae? & Reluctio pendet ex cogitatione. An hu-
jmodi votum obliget ad perpetuam castitatem, & ita ejus
obligatio permaneat virginitate jam amissa? Atque licet obli-
gatio affirmatur D. *Thomas* 2. 2. q. 88. ar. 3. ad 2. *Abulen.* c. 30. *Nar.*
quest. 55. *Turres.* *concl.* *quod* *autem* 17. quest. 1. num. 11. *Armilla*
verb. *Votum*, num. 19. *Matoris* 4. d. 38. quest. 3. *argumento* 5. *concl.*
unic. *Perez* *lib.* 3. *ord.* tit. 1. l. 1. §. *Dubitatur* *ulterius* *quis* *votum* *ca-
stitatis* *emisit*, in *fine*, *Alex.* in *sua* *Enchir.* 2. part. in 2. *praeposito*
tract. de *voto*, si post votum. Quod quidem verisimum est,
attenta voti illius natura. Quia cum in eo voto includatur
perpetua continentia ab omni actu venereo, adhuc amissa
virginitate superest obligatio deinceps continendi. Secus si
expressa voventis intentio fuisse obligandi se ad solam
primo actu venereo continentiam, quo virgo permaneret,
& non nisi secundario, & consequenter ad continentiam ab
aliis actibus: tunc enim amissa virginitate per primum actum
venereum, cessaret penitus voti obligatio. Quoniam obliga-
tio voti non aliter respicit materiam aliquam, quam votum
ipsum illam respiciat: at in eo casu votum non respicit con-
tinentiam ab aliis actibus, nisi mediante continentia a pri-
mo, quae fuit primitiva ac immediata voti materia. Ergo
ubi votum jam minime respicit illam continentiam a primo
actu, quia facta est impossibilitas, non etiam respiciet conti-
nentiam ab aliis: atque adeo nec voti obligatio super illam
eader. Ita docent *Cajetan.* 2. 2. quest. 88. ar. 3. *col.* *pen.* *circum* *solu.*
ad 2. in *dub.* *quod* *de* *hac* *re* *movet*. *Sotus* *lib.* 7. de *justit.* quest. 2. ar.
1. ad 3. *vers.* *De* *quo* *autem* *argumento*, *Navar.* *sum.* cap. 13. num.
47. *vers.* 14. *Palad.* 4. dist. 38. *disp.* 1. fol. 843. col. 1. & 2. *Valentia* 2. 2.
disp. 6. quest. 6. de *voto*, *puncto* 4. *notabil.* 2. *Aragon.* 2. 2. quest. 88.
art. 3. & ad *primum* *argumentum* in *contrarium*, *Acor.* *lib.* 11.
instr. *moral.* 19. quest. 14. & cap. 21. quest. ult. *Lud.* *Lopez* 1. p. *instr.*
cap. 44. §. *Jam* *diximus*, & c. 55. *Deinde* *accessit*, *Vega* 2. 10.
sum. cap. 129. *causa* 118. *punct.* 2. *Philias* de *officio* *sacerdotis* *tom.* 1. p. 2. l. 2. cap. 4. ad *fin.* & in *dubio*
de intentione continentiam est obligare ad perpetuam conti-
nentiam. Quia votum suapte natura ad id obligat: quare
ipsum possidet viam obligandi, dum de opposita minime con-
stat voventis intentione. Sic *Lud.* *Lopez* 1. p. *instrudoribus*, c.
35. §. *Secundo* *Sotus*. Quare ad quaestionem propositam sic di-
cendum est, si voventis fuerit intentio solum de obligandi
ad abstinendum a primo actu venereo, tunc si jam semel
non abstinent, poterit tunc matrimonium inire, coque uti, ut
bene docet *Philarcus* *proxime* *allegatus*, & est de mente
omnium Doctorum, quos retuli, cum asserant extinctam
tunc esse voti obligationem. Si vero nondum amisit virgini-
tatem, ab utroque a primo actu, nequit matrimonium
contrahere, & si contrahat, nequit prima vice petere; pe-
inde ac si vovisset castitatem. Quia petita illa est sibi li-
bera, votoque opponitur. Reddere autem prima vice an possit?
est sub eadem opinione sub qua est de voyente castitatem,
de qua re dicam dist. seq. & retenta opinio quam ibi n.
3. amplectar, voyentem, penne castitatem, minime reum
esse culpa consummato matr. reddendo debitum: idem di-
cendum est in presenti eventu. Semel autem consummato
matr. cum jam voti materia facta sit impossibilis, atque ideo
voti obligatio cessavit, poterit petere, & reddere. Quod si
nulla adfuerit specialis intentio, sed absolute virginitatis pro-
missa sit, iudicandum est omnino sicut de voto castitatis.
Quia ad illam obligat votum illud, iuxta dicta. Quare si
postea is vovens uxorem ducat, nunquam poterit debitum
petere, sed reddere tenebitur, ut bene docent *Philias*, &
Manuel *proxime* *citati*.

8. Item asserendum est, ubi uterque conjugis esset ante ma-
trimonium voto castitatis astrictus. Cum enim per eum con-
tractum uterque transiret verum sui corporis dominium in
alterum, tenebitur uterque alteri petenti reddere debitum.
Neutri tamen licebit petere impediendo voto castitatis utrius-
que. Ita *Adrianus* *quod* *lib.* 2. art. 1. in *solu.* ad 1. *lib.* *Et* *fol.* 31.
Thom. *Sanchez* de *Matrimo.* *Tom.* III.

in *partibus* *voluminibus*, *Angel.* *matrimonium* 3. *impedimento* 5.
num. 5. *Tabiena* *verb.* *Impedim.* *Imped.* 2. quest. *ultim.* *Ordand.*
d. 38. quest. *unic.* in *collor.* *quod* *infert* *ex* 6. *propositione*. *Angles*
foribus 1. part. de *matrimo.* quest. 11. *impedimento* *ordinis* *artic.* 3.
post 1. *diffic.* *dub.* 3. *Ludov.* *Lop.* 1. part. *instruc.* cap. 46. §. *Utrum*
quando, *Petr.* a *Ledesma* de *matrimo.* quest. 53. art. 1. *dub.* 2. *quod*
movet post 2. *dub.* *principale*. Quare audiendi non sunt *Ro-
sella* *verb.* *Impedimentum*, *impedim.* 4. num. 6. & *Sylbo* *Matri-
monium* 7. q. 5. *did.* 6. *Guilhel.* *Rubion* 4. dist. 18. quest. 1. art. 1.
concl. 3. *Azor.* *lib.* 11. *instr.* *moral.* c. 21. q. 5. afferentes neutrum
posse reddere. Quia neuter ratione voti habet jus exigendi.
Sed dicendum est non privare votum iure iustitiae erga alterum
sibi debitorem, sed peccare exigentem peccato sacrilegi-
gae fractionis voti in ordine ad Deum, ut satis explicat *disp.*
6. per totam, & maxime n. 17.

Quamvis autem alteri conjugis sic voto astrictus fornicetur, 9
non erit licitum alteri simili castitatis voto ligato petere de-
bitum. Quia obligatio haec abstinendi a debiti petitione ori-
tur ex voto a se emisso, & non ex aliquo proprio delicto,
ut sic compensatio fiat altero conjugis delinquente. Sic *Gloss.*
cap. *Nolle*, *verb.* *Non* *fraudentur* 30. q. 1.

Utrum autem voto castitatis astrictus possit aliquoties pe-
tere, aut alteri conjugi indicare suum votum ne petat:
ipive id suadere, vel si ambo conjuges sint voto astricti,
possint mutua signa sibi ipsis facientes committere? Habes
late hoc lib. 9. tota *disp.* 7. & an si vovens sit hujus obliga-
tionis signatus, sit admodendus a confessorio, dixi, ut in simi-
li de ignorante impedimentum affinitatis, *disp.* 27. n. 6.

Ex dictis inferitur contra DD. num. 3. relatos votum ca-
stitatis praecedens minime extingui per subsecuens matrimo-
nium. Iriplex enim ejus effectus manet. Primus est, si con-
jux ille vovens cum alia fornicetur, reus erit ultra adulle-
rium, sacrilegae violationis voti: Secundus, tenetur sub mor-
tali abstinere a debiti petitione, ut nu. 5. probavimus. Ter-
tius, altero conjugis defuncto tenetur omnino castitatem ser-
vare. Quia jam cessavit fortius matrimonii vinculum, quod
cogebat copulae vacare, debitum reddendo. Et ita docent
D. *Thom.* B. *Bonavent.* *Carthusian.* *Sylbo*, *Tabiena*, *Armill.* *Sotus*,
Palacios, *Perez* ubi numer. 5. eos retuli, *Palad.* 4. d. 31.
qu. 2. art. 1. num. 14. *Astensis* *sum.* 2. part. 1. 9. r. 16. art. *un.* *quod*
Rollela *verb.* *Impedimentum*, *imped.* 4. n. 7. *Angel.* *Matrimonium*
3. *impedim.* 5. n. 4. *Cajet.* *sum.* *verb.* *Matrimonium*, cap. *ult.* §.
Et *ben* *nota*, & *verb.* *Votum*, c. *Votum*, c. *Votum* *omnino* *quan-
doque* *votiva* *est*, §. *Et* *ut* *rudiorer*, *Turres* c. *Sicut* 37. q. 1. ar. 1.
fin. & cap. *Si* *vir*, ar. 1. num. 1. d. 27. ubi *Archid.* *num.* *unic.* *Nar.*
sum. c. 22. n. 73. *Cordub.* *sum.* quest. 136. *puncto* 2. *Viguer.* 1.
instit. c. 16. §. 7. *vers.* 8. *impedim.* 5. *Veracr.* 1. part. *specul.* ar.
15. *dub.* 2. *Guttier.* quest. *can.* l. 1. c. 21. num. 17. *Manuel* 1. *tom.*
sum. 2. *edit.* cap. 241. num. 3. & 242. num. 2. & in *bullo* *Cruc.* §. 9.
num. 119. *Bari.* a *Ledesma* de *matrimo.* *dub.* 32. §. *Sed* *jam* *quod* *matri-
monium*. *Barig.* 1. 14. de *matrimo.* cap. 2. *num.* 9. *Vega* 2. *tom.*
sum. cap. 129. *causa* 118. *punct.* 2. *Pradaz* *sum.* *praeposito* 6. §. 9

tate intrinseca: & formaliter in ipsius voti obiecto inclusa, qualis est abstinentia ab omni actu venereo possibili, respectu voti continentiae. Nec obstat id periculum, cui expositus est votivus, sua enim se culpa exposuit: pariterque remedium dispensationem petendi.

SUMMARIUM.

An qui post religionis votum in matrimonium, teneatur ab eius usu abstinere. Referuntur opinio affirmans, nu. 13. Peccat mortaliter, prima vice consummans matrimonium, sive petendo, sive reddendo, 14. Post consummatum iam matrimonium potest petere, & reddere, ut idemque dicendum est, quomodo esset votum proficiendi, vel assumendi ordines sacros, 15. Mortuo altero conjugis teneatur is, qui religionem convocat, illam ingredi, & si erat votum assumendi ordines, ad illos promovendi, 16. Similiter obligatur ad utrumque, ubi est iusta divortii causa ob adulterium alterius conjugis, 17. An induens habitum monachi animo perseverandi, censetur profectus, aut votum emittere, ita ut nequeat matrimonio postea inchoare. Referuntur quaedam opinio, 18. Proponitur sententia auctoritas, & evadatur cap. Coniugii, & cap. Super eo, de regularibus, & cap. Beneficium, eo tit. in 5. nu. 19. Solvantur argumenta nu. 20. Post quem invenies summaria, quae desiderantur.

Quaestio II. An qui post religionis votum in matrimonium, teneatur ab eius usu abstinere? Affirmant aliqui eum teneri a debito petendo abstinere, perinde ac illum qui castitatem voverat. Primo, quia nemini debet sua culpa suffragari, nec suus patrocinari dolus, c. ex tenore, de rescriptis. At patrocinaretur, si liberet potest petere, & reddere. Secundo, quia cum de essentia religionis sit castitas, eo ipso quod quis voto se ad religionem astringit, obligat se ad castitatem, ut votens jejuniatur tenetur subinde ad unicam continentiam, quae de eius natura est. Eo enim quod essentialiter sub obiecto voti clauditur, est materia voti, ad quam subinde obligat. Et confirmatur, quia obligatus ad aliquid, tenetur consequenter ad id quod inde sequitur. Tertio, quia votens magis quam elemosinam, si non sit totam erogando, tenetur ad partem, & votens jejunare toto adventus tempore, tenetur ad eam partem, quae ibi possibilis est. Atque ideo ita tenentur. Ant. Cuc. 15. inquit. minor. 12. n. 18. Alex. in suo Enchir. 2. par. p. 65. Si post votum continentie.

Prima conclusio sit. Qui voto religionis astrictus, matr. prima vice consummat, sive petendo, sive reddendo, mortaliter delinquit. Constat apud omnes. Quia potest adhuc suum votum implere religionem ingrediens, ad idque se ex professo voto asfrinxit: & consummans constituit se in eo statu, ut implere nequeat. Sic Arg. Matr. 3. imp. 5. nu. 2. Armil. verb. Debitum, n. 14. Sotus 4. d. 38. q. 2. a. 1. post 2. concl. vers. Aliud vero, ubi Otand. a. n. p. 104. Nav. summ. 12. lat. n. 80. b. p. c. 28. add. ad nequidem. Veracr. append. ad a. 15. 1. p. 104. Palac. 4. d. 32. disp. 2. 771. col. 1. Pedraz. summ. p. 6. 8. Cordub. summ. q. 136. p. 11. 2. Argon. 2. 2. q. 88. a. 3. S. His tamen non obstantibus sit. Concl. in collecta. Enrig. 1. 12. de matr. c. 2. n. 3. & 9. Philae. de offic. sacerdot. l. 1. p. 2. 1. c. 19. in Lud. Lopez 2. p. instr. c. 46. de matr. circa 2. impedim. voti simplicis. Vivald. cand. l. 1. p. de matr. n. 139. Bar. a Led. dub. 30. de matr. 5. Petr. de Led. de matr. q. 53. a. 1. in dubio, quod movet. post 2. dub. p. principale, coroll. 2. quod inferit ex c. 2. c. 360. Man. 1. 1. sum. 2. d. n. 242. n. 3. Vega 2. 1. sum. c. 129. cau. 118. p. 2. 2. & a fortiori id docent, illa affirmantes de voto castitatis: quos referam disp. seq. n. 2. Unde fit duplicis culpe mortalitatis hunc esse reum, prioris dum matr. inchoat, animo ipsam consummandi: posterioris vero dum consummavit. Sic Sot. Argon. Petr. de Led. ibi.

Secunda conclusio. Semel consummato matrimonio licitum est petere, & reddere. Ratio est, quia votens statum non se obligat ad illius leges, donec illum reipia assumat: cum in suo voto minime obligationem aliquam ad illius leges exprimat. Ut votens se ordines sacros assumpturum, non tenetur donec assumat, recitare officium canonicum, nec ad castitatem ex vi voti in illis emittendi, quare si tunc fornicetur, simplex erit fornicatio, Ergo qui vovit religionem, non tenetur ad castitatem, sicut nec ad paupertatem, & obedientiam, donec profiteatur: & cum jam consummato matrimonio nequeat votum religionis implere, transcundo ad ipsam, nihil erit, quod debiti redditionem, ac petitionem impediatur. Ita Cajet. sum. verb. Matrimonium, c. ult. s. Et bene nota. Solo 4. d. 38. q. 2. art. 1. c. 17. de just. q. 2. art. 2. ad 3. vers. Hostenus de illo. Abul. c. 27. in Lev. q. 6. Palacios, Otand. Nav. Pedroza, Armilla, Cordub. Enrig. Barb. a Led. Petr. de Led. conc. 4. Man. Veracr. Argon. Vega Vivald. num. prec. allegati. Petr. de Soto l. 14. de matr. ad fin. Margarita conf. 6. p. 189. col. 1. Angles. flor. 1. 2. de matr. q. 11. de imped. ordinis, ar. 3. post 1. difficult. dub. 4. Lud. Lopez num. preced. allegatus, & 1. p. instr. c. 50. 8. Qui post votum simplex. Euman. Sa. summ. verb. Debitum conjugale, vers. Contrahens matrimonium. Grassi 1. p. dec. l. 1. c. 24. num. 20. c. 21. & aperte colligitur ex Angelo votum 3. nu. 11. & Sylv. Religio 2. q. 17. docentibus votentem religionem minime teneri

ad castitatem, donec illam profiteatur. Eandem conclusionem tenet Phil. de offic. sacerdot. l. 1. p. 2. l. 3. c. 20. paulo post princ. Idem dicendum est, si licet promittere non solum religionem, sed & in ea perseverantiam. Cum enim ante professionem similiter non teneatur ad castitatem, & consummet matr. poterit deinceps petere, & reddere, ut bene docent Cajet. Armilla hic citati, Sotus 17. de just. q. 2. art. 1. ad 3. vers. Ex hoc autem definit. Philiar. eod. c. 20. s. Idem etiam ad ordines est, in fi. Memque afferendum est, si promiserit se ad ordines sacros promovendum: nam inchoat, & consummato jam matr. potest petere, & reddere. Quia similiter non tenetur ad castitatem donec proficiatur. Ita Angles, & Manuel, Petr. de Led. proximi citati.

Tertia conclusio. Defuncto altero conjugis tenetur is, qui 16 religionem voverat, illam ingredi. Quare minus bene Abul. c. 27. in Lev. q. 6. dixit extingui voti hujus obligationem consummato matr. & proinde eo morte alterius soluto, posse voverentem ad alias transire nuptias. Sed id in simili voto castitatis impugnavi n. 11. & ratio est. Quia cum jam impedimentum cessarit, potest hic implere votum: ergo tenetur. Non enim est cur omnino illius obligatio cesset, sed tantum suspensa est. Atque ita docent Sotus 4. d. 38. q. 2. a. 1. in fine corporis; Cajet. Pedroza, Nav. Argon. coroll. 3. Vivald. n. prec. allegati; Margarita conf. 5. p. 184. ant. Cucul. 5. in fin. major. 1. 12. nu. 18. Barb. a Led. dub. 32. de matr. fin. Manuel 1. 1. sum. 2. d. n. 241. n. 3. Grassi 1. p. dec. l. 2. c. 24. n. 21. Atque idem dicent omnes DD. allegati num. 11. id ipsum de voto castitatis afferentes, nimirum, non extingui, sed altero conjugis mortuo, esse plene obviandum. Et similiter eadem ratione si fuerat votum sacerdotii assumendi, tenebitur id assumere, ubi impedimentum morte alterius conjugis cessarit.

Idem dicendum est, existente iusta causa divortii ob alterius 17 conjugis adulterium, cum ipse votens sit innocens: tenebitur enim tunc votum religionis implere. Cum jam cessarit impedimentum, potest enim tunc ad religionem transire. Ita videtur clare sentire Cajet. sum. verb. Matrim. c. ult. s. Et bene nota, ubi ait hunc teneri ingredi, quando eumque in sua fuerit potestatis: & licet addat, scilicet mortuo altero conjugis: est gratia exempli, quod doctrinam minime ardat l. 1. s. Quod vulgo, ff. de vi, & vi armata, & tenet expresse Petr. de Led. de matr. q. 53. a. 1. in dubio, quod movet post 2. dub. principale in notabil. circa 4. concl. ubi addit similiter tunc teneri ad sacros ordines, si votum de eis assumendis fuerat. Quod verum est, at non ita certum, sicut de religione. Quia transitus ad religionem est tunc permissus secundum omnes: ad ordines vero sacros extra religionem, non transire tunc licet est sub iudice. Insuper probatur, quia tunc coniux innocens tenetur plene servare castitatem abstinendo etiam a redditione debiti: si votum castitatis emisit, ut probavi hoc lib. 9. disp. 6. num. 14. ubi egi quid dicendum, si tunc conjuges reconciliantur. Quod non repeti, quia idem prolixius dicendum est in hoc casu quando votum erat religionis. Sed rogabis, quid sentiendum sit, quando coniux qui religionem voverat, est adulter; quia propter innocentem celebrat divortium? Dicendum est casu quo tunc sibi licet ad religionem vel ordines transire, (de quo in suo loco) teneri votum, quod emisit, implere. Quia jam caret impedimento.

Dubitabit tandem, num induens habitum monachalem animo perseverandi in religione, si postea voluntate mutata, matr. inchoat, possit petere, ac reddere debitum? Dubitandi animus praebet tres textus, qui eam esse professionem videntur decidere, nempe, c. Coniugii, de regularibus. l. 1. si, qui non noster ingressus est, habitum sumendo novitii, propofuitur abfolvitur vitam naturae, debet ut regulariter vivat, ad laxiorum saltem regulam per transire. Quem textum fit transcribit l. 1. 7. p. 1. si vero voluntas de no v. v. mas en el siglo, non puede despes tener el siglo, mas bien puede entrar en otra orden. Idem habetur c. Super eo, de reg. ubi expresse deciditur illud propositum vim voti habere. Idem c. Beneficium, eod. tit. in 6. ubi definitur novitium minime privandum esse beneficio, nisi constituti de voluntate absoluta vitam mutandi, aut professionem fecerit expressam: licet scienter habitum receperit professionem, ubi talis mutandi vitam intentio equiparatur professioni, imo reputatur vera professio, si quidem iam privatur novitii beneficio. Quapropter Doctores juris Pontificii communiter tradunt eam esse professionem, ac proinde matrimonium postea contractum esse irritum. Ita Goffred. sum. de regularibus. num. 12. Innoc. d. c. Coniugii, statim in prin. Host. ibi paulo post princ. super verbis Absolute, Joan. Andr. num. 3. Anton. nu. 6. in. Archier. num. 7. Henric. cap. Scantimus, num. 9. de regularibus. Alii autem id esse votum simplex affirmant: ac proinde illi minime permitti manere in saeculo. Ita Abbas cap. Coniugii, n. 3. de regularibus. & ibi Cardin. post qu. 4. oppositi. 1. fin. Paulus un. 4. d. 38. quest. 1. l. 1. concl. 3. num. 11. D. Anton. 2. part. 1. 1. cap. 2. dicitur na ab 2. & 3. part. tit. 16. c. 2. s. 4. duplici colore fin. vers. querit autem, Tabiena votum 1. quest. 3. 84. Addit D. Anton. huic, si matrimonium post inchoat, debiti petitionem interdicit.

Ceterum dicendum est nulla ratione esse votum, ac proinde 19 liberum esse ei novitio, religionem deserere, matrimonium inire, coque uti. Probatur ex c. Litterarum, de voto, ubi habetur proponentem in animum religionis ingressum, minime ad eum teneri, & ex c. qui post votum, eod. tit. in 6. ubi copulative petitur ut sit professio, quando voto simpliciter astrictus religionem in-

ingrediar, ut profiteatur in ipsa. Non ergo solus ingressus sufficit. Præterea, quia de ratione voti est promissio, ut docet egregie D. Th. 1. 2. qu. 88. ar. 1. corp. unde textus omnes, nu. præc. adducti, explicantur a DD. statim allegandis, ut per intentionem perseverandi intelligatur ea intentio voto firmata. Votum enim est propositum promissione firmatum, & tunc erit votum simplex, ut bene docet Sylv. Religio 5. q. 8. f. Privatorem autem beneficio, c. Beneficium, de reg. in 6, ut optime docet idem Sylv. proxime citatus, & ipsum sequens, Argon. 2. 2. q. 88. ar. 1. f. quia jam non poterat ad saeculum reducere. Vel secundo possunt exponi cum Sylv. v. Debitum, q. 9. ut nomine intentionis perseverandi, intelligatur animus profitendi in ipso ingressu, & ideo id propositum cum habitus susceptione nullam voti obligationem inducere docent Abbas c. Litterarum, n. 2. f. de voto Ang. votum 1. nu. 7. Sylv. dupli loco proxime citatus, & votum 1. q. 2. Rosel. votum 1. nu. 1. Cajet. 2. 2. c. 88. art. 1. dub. pen. & opulculis to. 1. tr. 21. septimadecim resp. resp. 7. Sotus 1. 7. de just. q. 1. art. 2. vers. His tamen non obstantibus. Suppl. Gabr. 4. d. 38. q. 1. ar. 1. vers. Dicitur promissio Navar. sum. c. 12. n. 26. Covar. de pactis 1. p. §. 3. n. 12. ad medium, Angles. Flor. 2. p. qu. de voto, ar. 1. diff. 5. Arg. 2. 2. q. 88. ar. 1. dub. ult. Palac. 4. d. 38. disp. 1. f. 814. col. 2. & seq. Valencia 2. 2. disp. 6. q. 6. de voto, p. 1. ad fin. in solut. ad 2. Toledo 4. 4. sum. cap. 17. Gref. 1. p. dec. l. 2. c. 21. n. 5. Manuel 2. 10. sum. c. 92. f. no. Philiar. de offic. sacerdot. l. 1. p. 2. l. 3. c. 17. paulo post princ. Lud. Lopez 1. p. instr. c. 43. §. Propositum religionis. Quamobrem licet intentio illa perseverandi esset voto firmata, cum non esset votum castitatis, sed votum simplex religionis, non privaret conjugem debiti petitione, nisi sola prima vice, juxta dicta n. 14. & 15. Quare non sibi constat D. Anton. n. precedenti alleg. dum fatetur id esse votum simplex, ac privare debiti petitione.

Ad arg. n. 13. proposita, resp. Ad 1. die non esse inconveniens, ut per accidens ratione impotentiae subsequens, culpa aliquando suffragetur. Ut si debitor aeris illius prodigat proprias facultates, suspenditur obligatio solvendi ex impotentia, quamvis ex culpa provenierit. Sic ergo obligatio voti religionis suspenditur matrimonium semel inchoatum consummato. Quia impleri nequit. Ad 2. negandum est antecedens. Quoniam id quod essentialiter sub obiecto voti clauditur immediate, cadit sub voto: ut unica comestio sub voto jejuniis, Secus quod mediate, & suppositio statim assumendo: non enim obligat ante statum assumptum. Ad confirm. dicentem statim ad id quod inde sequitur immediate. Non autem ad id quod mediate alio, quod nondum exiit. Ad tertium dicentem antecedens esse verum, quando votens totum, voverit formaliter partem, ut contingit in jejuniis, & elemosyna. Ad votens statum non promittit formaliter leges illius, sed secundario, & sub conditione, si prius in eo statu constituar.

SUMMARIUM.

An matrimonium iniens contra votum abstinendi ab illo, possit petere, & reddere. Referuntur quaedam opinio, n. 21. Potest semel eo consummato petere, & reddere, nu. 22. & ibi remissive, an peccet prima vice consummans. Tenetur mortua uxore, ab aliis nuptiis abstinere, 23. Solvantur argumenta, 24.

Quaestio tertia, an votum habens non inchoat matrimonium, teneatur eo inchoato abstinere a debiti petitione? Affirmant aliqui. Dicuntur, quia votens abstinendum a matrimonio inchoando, censetur consequenter vovere abstinendum ab illius usu, qui matrimonium consequitur. Et confirmatur, quia cum negatio sit eius naturae, ut quidquid post se invenit, destruat, ut regula logica habet, plus adest, quam affirmatio ponit. Quare licet promittens matrimonium non subinde actum promittat, potest enim illud sine actu esse: at negans matrimonium, negat actum, utpote qui extra matr. esse non potest. Ergo votens se non inchoatum matrimonium, voverit se ab actu illius abstinendum, & consequenter eo inchoato tenebitur ex vi voti abstinere in quantum potest, nempe a petitione. Ita sentit Palud. 4. d. 38. qu. 3. ar. 5. num. 51. & ibi Suppl. Gabr. q. 1. art. 4. lit. Q. Respondendum quod votum, & ibi Palac. disp. 1. f. 844. col. 2. vers. Perro ut res hae, Navar. summ. lat. cap. 16. num. 30. Atque eisdem sententiae est Cajet. opus. 102. tr. 11. de voto, q. 1. ubi ait hoc votum aequivalere voto castitatis, negareque perinde ac illud, omnem uxorium concubitum.

Ad longè probabilius est licere se voveri, ubi semel jam matr. consummavit, reddere & petere (dixi semel matrimonium consummatum) nam disp. seq. nu. 7. dicam num. peccet prima vice consummando? Probat, quia votum hoc tantum habet pro obiecto non inchoatum matrimonium, est obligat ad abstinendum ab actu matrimonium, non est per se & primo, sed mediante & supposita abstinencia ab ipso matrimonio inchoando, quae sui primaria, & immediata voti materia. Ergo quando jam primaria materia non est possibilis, quia inchoat esse matrimonium, non obligat ad secundariam, nempe ad abstinendum ab usu, Ita docent D. Anton. 2. p. 1. c. 2. s. 1. Bar. a Led. d. 32. de matr. fin. Petr. de Led. de matr. q. 35. art. 1. in dubio quod potest 2. dub. principale movet, in

notab. post 4. concl. f. 360. Lud. Lopez 2. p. instr. de matr. c. 46. circa 2. imp. d. voti simplicis, & l. 1. p. c. 83. s. Inter petentia, Euman. Sa. summ. v. Debitum conjugale vers. Contrahens matrimonium, Vega 1. tom. sum. 129. casu 76. & colligitur clare ex aliis documentibus hunc non cenleri vovere continentiam. Hi sunt Rosell. v. Impedimentum, imp. 4. n. 13. Anglus votum 4. num. 9. Sylv. votum 4. q. 4. fine, Sotus 17. de just. q. 2. art. 1. ad 3. vers. Quod si hic, Nav. summ. c. 12. n. 43. vers. 14. Manuel bulla Crac. §. 9. num. 121. & 24. sum. c. 96. num. 2. Qui bene hoc intelligit cum Lud. Lopez d. c. 83. §. At ista sententia, & Vega d. c. 76. nisi ita vovens voluerit se expressa intentione obligare ad omnimodam castitatem.

Tenetur tamen hic mortuo altero conjugis ab aliis nu. 23 ptius abstinere. Quia votum non erat extinctum, sed suspensum durante matr. impedimento, ut diximus de voto castitatis n. 11. & de voto religionis, num. 16. Sic Barb. a Led. & Petrus a Led. num. preced. allegati. Ad arg. n. 21. propositum conitit ex dictis n. 22. censetur 24 enim vovere abstinendum ab actu secundario, & consequenter, & subsistente primaria voti materia, videlicet abstinencia a nuptiis: secus ubi jara hæc non est possibilis. Ad confirmationem eide eodem modo, nempe vovere secundario, & dum subsistit primaria materia.

DISPUTATIO XXXIV.

Utrum qui post votum castitatis, religionis, assumendi ordinis sacri, abstinendi a nuptiis, ad illas transire, peccet prima vice consummando: ac proinde ante consummationem teneatur religionem ingredi, quod hæc vota observet?

SUMMARIUM.

Si sit votum religionis, peccat prima vice consummans, n. 1. Si sit castitatis votum, referuntur opinio afferens peccate, 2. Non peccat prima vice reddendo, nec tenetur religionem ingredi, n. 3. & ibi remissive, quid si matrimonium inchoatum est animo ingrediendi religionem. Idem dicendum est, si votum castitatis emittatur post matrimonium ratum, 4.

An peccet hic reddens prima vice prioris biniistri a matrimonio inchoato, aut si ad sit iusta divortii causa ratione adulterii: remissive, 5.

Idem afferendum est, si votum sit assumendi ordinis sacri, n. 6. ubi an peccet votens consummans ad sui petitionem, vel prioris biniistri, vel post alterius adulterium.

Similiter est censendum de voto abstinendi a nuptiis, 7. Quid, si votum castitatis post sola sponsalia emissum esset. Remissive, 8.

Solvantur argumenta, 9.

Quaestio si votum religionis sit, peccare mortaliter votum reddens, dum consummat prima vice matr. sive petendo, sive reddendo, quod probavi disp. precedenti, n. 14. De voto autem castitatis duplex est sententia. Prima, & 2 satis probabilis affirmat peccare mortaliter eo voto astrictum, dum prima vice consummat matr. sive petendo, sive reddendo. Quare dum non adest implendi facultas, quia alter coniux non vult cedere prae petenti, ut ambo in saeculo caste vivant, teneri ingredi religionem, quo votum illud observet. Prob. 1. Quia ante consummationem potest votum illud castitatis implere, ingrediendo religionem, quam potestatem sibi admittit consummando, ergo peccat. Secundo, quia votum castitatis in ordine ad matrimonium, est fortis religionis voto: cum illud debiti petitione semper privet, hoc autem minime. Si ergo religionis voto astrictus peccat prima vice reddens, a fortiori ligatus castitatis voto. Tertio, quia aperte videns se non posse votum castitatis, quod emittit, abque summo periculo in saeculo observare, tenetur ingratum religionem: id autem contingit in praesenti. Et confirmatur, quia ex opposito sequenter posse quempiam culpae immunes, post castitatis votum inire matr. illudque consummare. Ut si ad vitanda gravia inconvenientia illud iniret animo ingrediendi religionem. Quarto probatur, saltem id castitatis votum emittitur post matrimonium ratum: obligare ad religionem. Quia se obligat formaliter ad aliquid, quod sine alio fieri nequit, obligat se virtute, & consequenter ad illud. Ut qui sciens ad ordines opus esse scientia, voverit se ad sacerdotium promovendum, obligatur ex vi voti ad didicere. Sed castitas leviter nequit a conjugato, nisi ingrediar religionem ante matrimonium consummationem. Ergo obligans se formaliter ad castitatem post matrimonium ratum, se consequenter & virtute obligat ad religionis ingressum. Hanc sententiam tenent ex Theologis, Alensis 2. p. qu. 170. membr. 3. §. 1. in solut. ad 1. in fine, D. Thom. 4. 38. qu. 1. art. 3. qu. 2. ad 3. & ibi Scot. qu. ad fin. vers. Coniugium si de peccato Ricard. art. 7. q. 1. ad 2. Palud. qu. 3. art. 5. concl. 4. fin. & concl. 5. a nu. 36. usque ad 40. Durand. 4. d. 15. qu. 11. in sol. ad 3. n. 12. Major. 4. d. 32. quest. 2. argum. 2. contra 2. concl. ubi Suppl. Gabr. quest. un. art. 1. notab. 5. & d. 38. quest. 1. art. 4. post 2. concl. vers. Dicendum quod votum, Carib. 4. d. 38. qu. 2. ubi Bassol. qu. un. art. 2. f. Nicol. de Orbellis. qu. 1. s. 13. Nicol. de Nisa super 4. sentent. trañ. 6. p. 3. de voto. D. Anton. 3. p. 1. 1.

